

ACRB I/1, s. 13-15, č. 7.

e-archiv CMS

Aetas regum Bohemiae e stirpe Přemyslidarum. 1216 Jul.

13

totum regnum Boemie cum terminis et omni iure et honore ac rationibus, eidem regno pertinentibus, sicut ipsum regnum pater suus et alii predecessores sui, tam duces quam reges, umquam melius tenuerunt et possederunt. Mandamus itaque et firmiter statuimus, ut quecumque persona ecclesiastica vel secularis hanc nostram confirmationem et concessionem infringere vel evacuare presumpserit, mille libras auri puri componat, quarum medietas curie nostre, altera vero iniuriam passis persolvatur. Ut autem hac rata et firma imperpetuum perseverent, presens privilegium scribi et bulla aurea typario nostre maiestatis impresa^a precepimus communiri. Huius rei testes sunt: Syffridus Augustensis episcopus, Ulricus abbas Sancti Galli, Cono abbás Elwacensis, Henricus abbas Campidonensis, Radulfus palatinus comes de Twingen, comes Hartemannus de Wirtemberg, comes Lodowicus^b frater eius, Hermannus marchio de Baden,^c Hugo iunior palatinus comes de Twingen, comes Lodowicus^b de Otyngen, Bertoldus de Nyphen, Anselmus de Justingen marescalcus, Walterus de Syph pincerna et alii quam plures.

15 Ego Conradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, vice domini Syffridi Magantine^d sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii, recognovi.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo sextodecimo, septimo Kalendas Augusti, inductione quarta, regnante domino nostro Frederico secundo dei gratia Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni ipsius quarto et Sicilie octavodecimo feliciter amen. Datum apud Ulmam per manus Bertoldi de Nyphen, imperialis aule prothonotarii, anno, mense et inductione pretitulatis.

7.

25 Fridericus II Romanorum imperator Venceslao iuniori regi Bohemiae regnum Bohemiae cum omni honore, pertinentiis ac iure confirmat.

Melfiae 1231 m. Julio.

Originale (nr. 6) perg. cum bulla aurea, illaesa, circumscriptiones ferenti tales: a) + FREDERIC⁹. D̄I GRA. ROMANOR⁹. IMPATOR 7 SEP AVG⁹. ST⁹ 7 REX SIEILIÆ IGRLÆM b) + ROMA. CAPVT 30 MUNDI REGIT. ORBIS FRENA. ROTUNDI (v. O. Posse, *Die Siegel der deutschen Kaiser u. Könige I* (1909) t. 30 nr. 4, 5), filis sericis rubri flavique coloris pendenti (A). In dorso haec nota, manu saec. XIV. in scripta: Privilegium Friderici Romanorum imperatoris de confirmatione regni. — Litteras nostras tempore Johannis et Karoli regum Bohemiae (forsitan iam prius) usque ad annum 1358 in potestate et archivo ducum Austriae retentas esse, testantur litterae Karoli imperatoris, Norimbergae 35 1358 Jun. 30 datae (cf. supra hoc tomo notam in exordio nro 4). Quibus litteris Karoli imperatoris litterae nostrae inseruntur cum variis lectionibus orthographicis, quas negleximus. — Quatuor

a) sic A, impressa B. b) Ludovicus B. c) Badan B. d) Magantinensis B.

exempla copiae e copiariorum adsunt in codicibus M f. 12—13, U f. 330—331, Raj f. 93'—94, P f. 36'—38 sub rubrica Infeodacio Wenceslai regis Boemie post mortem patris regis Ottakari.

Balbin B., *Miscellanea historica regni Bohemiae dec. I lib. VIII* (1688) p. 9 nr. 10. — Lünig J. Chr., *Des teutschen Reichsarchivs partis specialis continuationis I erste Fortsetzung* (= totius seriei tomus VI b, 1711) p. 5 nr. 4. — Goldast M., *De Bohemiae regni... turibus ac privilegiis...* 5 commentarii (1627) Appendix documentorum p. 24 nr. 15 (ed. J. H. Schminckii 1719 tom. I Append. docum. p. 31 nr. 15). — Sommersberg F. W., *Scriptores rerum Silesiacarum I* (1729) p. 925 nr. 7. — Boczek A. *Codex diplom. et epist. Moraviae II* (1839) p. 232 nr. 212. — Huillard — Bréholles A., *Hist. diplom. Friderici secundi III* (1852) p. 294. — Erben C. J., *Regesta diplom. nec non epist. Bohemiae et Moraviae I* (1854) p. 362 nr. 772. — Jireček H., *Codex iuris bohemici I* (1867) p. 65 nr. 34. — Monuments Germaniae historica, *Legum sectio IV, Constitutiones II* (ed. L. Weiland, 1896) p. 189 nr. 154. — Reg. imp. V nr. 1883.

C.^a § In^b nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus^c secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. § Tunc imperiale fastigium sua rutilat dignitate ac potestate sue sceptris 15 clarificat, cum ad reges et principes, suo subiectos imperio, sue radios claritatis effundit et ipsis paterna regna munifica largitione confirmat. Hinc^d est igitur, quod per presentem augustalem paginam notum esse volumus tam modernis quam posteris universis, quod cum olym, vivente dilecto principe nostro Ottakaro illustri Boemorum rege, recepto a dilecto principe et affine nostro Watizlao^e, iuniori^f rege, 20 filio eius, homagio iuxta morem, concederimus ei tamquam primogenito de innata liberalitate nostra regnum Boemie, post eiusdem patris sui obitum ab imperio possidendum^g, attendantes ad presens, rege predicto O., patre ipsius, rebus humanis exempto^h, qualiter ipse, dum vixit, nobis, illustri Romanorum regi Henrico, karissimo filio nostro, et imperio devotus extiterit, et memoratus filius eius Watizlausⁱ, 25 rex iunior, paterne devocationis erga nos, dictum regem, filium nostrum, et imperium imitator et successor existat atque iugiter grata et ardua servicia exhibet et in antea exhibere poterit graciiora, nec non eciam ob maioris dilectionis graciam, qua suo incremento tenemur, cum illustrem reginam C.^j, dilectam consobrinam nostram, habeat feliciter in consortem, concessionis dudum habite munera liberaliter pro- 30 sequentes, regnum Boemie cum omni honore ac dignitate, civitatibus, castris, villis et terris eidem regno pertinentibus et cum omni iure, quo dictus rex, pater eius, idem^k regnum rationabiliter noscitur possedit, imperialis auctoritatis munimine confirmamus prefato Watizlao^e iuniori regi tenendum et possidendum, sicut tenere debet a nobis et imperio, presentis privilegii auctoritate mandantes, quatinus nullus 35

a) littera initialis ornata A. b) I littera initialis ornata A. c) F littera initialis ornata, nomen ipsum litteris matuseculis scriptum A. d) H littera initialis A. e) sic pro Wencezlaus A. f) i finalis ex e eadem manu corr. A. g) Watizl pro Wencezlaus A. h) Idem A.

1) Cf. superius litteras Friderici regis immediate praecedentes. 2) A. 1230 Dec. 15 obit.

3) Cunigundis Friderici imp. neptis.

Actas regum Bohemiae e stirpe Přemyslidarum. 1231 Jul.

15

princeps, dux, marchio, comes, legatus nullaque sublimis persona vel humilis, ecclesiastica vel mundana, contra presentis confirmacionis nostre divalem paginam venire presumat; quod qui presumpserit, penam mille librarum auri se compositurum agnoscat, quarum medietatem curie nostre et reliquam parti passe iniuriam se 5 noverit soluturum. Ad^a huius itaque nostre confirmacionis memoriam et robur perpetuo valitetur presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt: Lando Reginus, Ja.¹ Capuanus et Marinus Barensis archiepiscopi, familiares et fideles nostri, .. Salernitanus² et Pe.³ Brundusinus archiepiscopi, R. Melfensis et P. Rauellensis episcopi, 10 frater Hermannus magister hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Jerusalem, Gebardus de Arneysten, legatus in Ytalia, .. langravius de Luckimber, comes Gerardus de Saumes,^b Fridericus de Karo et Conradus de Smidilvelt, Manfridus marchio Lauzensis, Th. comes Acerarum, Riccardus marescalcus, Riccardus camerarius, Henricus magne imperialis curie magister iusticiarius et alii quam plures.

15 ¶ Signum domini nostri Friderici^c secundi, dei gracia invictissimi Romanorum (M.) imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. ¶

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Julii, quarte indiccionis, imperante domino nostro Friderico,^c dei gracia illustrissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno 20 imperii eius undecimo, regni Jerusalem sexto, regni vero Sicilie tricesimo quarto, feliciter amen. Datum in civitate Melfie anno, mense et indiccione pretitulatis.

8.

Wilhelmus Romanorum rex Heinrico comiti Luxemburgensi comitatum Namurensem, feudum Johannis de Avesnes, confirmat.

25

Mecheln 1254 Febr. 12.

Originale desideratur. — Quinque exempla copiae e copiario B adsunt in codicibus M f. 9—29^r, U f. 345^r—346, Raj f. 108—109, P f. 61—61^r, L deperdito, quod exemplum J. P. Ludewig (v. infra) servavit, sub rubrica Sequitur confirmacio et investitura predicti comitatus Namurtensis predicto Heinrico.

30 *Ludewig J. P., Reliquiae manuscriptorum V (1723) p. 447 nr. 8. — Lüttig J. Chr., Codex Germaniae diplomaticus II (1753) p. 2463 nr. 8. — Mieris L., Charterboek I, 281.*

Reg. imp. V nr. 5176.

Wilhelmus dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Cum carissimus sororius noster

35 a) A initialis A b) litterae um correctae A. c) litteris matusculis scriptum A.

1) Jacobus. 2) Caesarius de Alagno. 3) Petrus.